

University of Memphis
Language Fair 2023
Latin Translation
Level I



This is a paper-and-pencil translation (2 hrs. max.). The use of a Latin-English dictionary is allowed; however, participants must not use any online tool.

DE LEPORE ET TESTUDINE

Testūdō, quod¹ ab aliīs animālibus² dēridētur, leporem ad certāmen prōvocat. Lepus superbē rīdet et ait: "Cursus iam perficitur!" Alia animālia³ autem cursum statuunt et vulpem faciunt iudicem. Vulpēs lātrātū signum dat. Lepus et testūdō ex carcere prōcēdunt. Lepus summam celerit̄⁴ pede harēnam lībat, sed testūdō tardō pede prōcēdit.

Lepus testūdinem longē post tergum relinquit. Mox pedem sistit, et testūdinem exspectat. Tandem somniculōsus iacet et dormit.

Intereā testūdo gradū tardō et constantī prōcēdit. Leporem dormientem praeterit et ad mētā appropinquat. Subitō lepus ex somnō excitātur, sed non iam vincere potest. Trīstis ex campō discēdit. Vulpēs et alia animālia clāmant et victōrem laudant.

Documentum: Celeritās et superbia cōstantiā vincuntur.

¹ quod: "because"

² animālibus: a third declension noun, ablative plural

³ alia animālia: nominative plural

⁴ celerit̄ = ablative singular